

לבי corde meo:) opponitur hæc cordis integritas hypocrifi, seu cordis duplicitati vel partialitati, item somnolentiæ, coactioni, cultuique laborum externo, ita ut infimul fervor exprimat quoad unquam possibilis, utut idem rigori legis accurato hautquaquam satisfacere queat. Vide ipsammet hanc phrasin Pſal. IX, 2. celebra- bo Deum totò corde meò. Sic de Davide 1. Reg. XIV, 8. item Josiã 2. Reg. XXIII, 25. Subjun- gitur hic in LXX. *ὅτι ἤκουσας πάντα τὰ ῥήματα τῆ σωματικῆς μου.* quæ habet etiam *Vulgatus*, *Augu- stin.* *Hilar.* *Hieron.* (seu potius *Beda.*) at viden- tur transfumta ex vers. 4. ut conjicit *Capellus crit. fol. 281.*

אלהים coram Diis:) i. e. in conspectu ma- gnatum sublimique potestate instructorum, qui Dei in his terris gerunt vices, 2. Par. XIX, 6. ac pro Diis penè terrestribus coluntur, sive à subditis, sive etiam ab extraneis. Horum tamen splen- dor nil quicquam obstabit mihi, quo minus Deo meo soli tribuam robur omne, omnem sapienti- am &c. Ita *Junius:* *coram potestatibus.* & *Tar- gum:* *אלהים* *judicibus.* R. *Salomon.* *אלהים* *prin- cipibus.* *Aben-Efra:* de *judicibus* *judicia Dei in terris obeuntibus.* ita & *Kimchi:* de *judicibus* & *sapientibus.* De *Synedriò prophetisque* (quip- pe *Mose* & *Samuel Elobim* dicti, 1. *Sam.* XXVIII, 13.) *Midrasch.*) Haut absolum tamen erit, etiam *angelos* simul hîc intelligere, utpote qui & ipsi *laudibus fidelium publicis interesse solent,* uti colligitur ex 1. *Cor.* XI, 10. De quâ vocis *אלהים* acceptione constat ex collatione *Pſalm.* VIII, 6. & *Ebr.* II, 7. item *Pſalm.* XCVII, 7. & *Ebr.* I, 6. Ita *Vulgatus:* in conspectu angelorum *psallam tibi.* item *Græci* & *Arabs.* *Lutherus:* *für den Göttern/ in marg. für den Engeln und Kindern Göttes.* Ex quâ ipsâ tamen expositione hautqua- quam fluit, quod *Walenburgii* intendunt, ange- lorum scilicet, cum preces nostras cognoscant, intercessionem petendam esse, imò & *Sancto- rum Cælitum,* tanquam *ισαγγέλων.* quibus ip- sis responsum ab *Hackspario ann. b. l.* quorsum lectorem ablegamus. Imò de *Diis gentium* fi- ctitiis accipit *Campensis:* etiam palam & invitis aliarum nationum omnibus *Diis* ego te *psal- mis meis* cantabo. Cui tamen sententiæ non adeò convenit vox *נגד presentia, propinquitas;* haut enim præsentibus hujusmodi numinibus falsis faos *David* decantavit *psalmos;* confer tamen *Pſalm.* CXXXV, 5. *magnus est Deus no- ster præ omnibus Diis.* Aliàs *Coram Deo,* idem etiam quandoque ac *Coram arcâ Dei,* vel in ta- bernaculò aut templò sanctò ut *Exod.* XVI, 33. 34. 1. *Sam.* II, 18. X, 25. &c: quâ ratione sensus foret; *psallam tibi Domine,* palam & in conspectu tuò, quem in templò tuò promissisti. Ita ferè *Dru- sius l. 9. observ. cap. 25.* & *Manetius* apud *Mon- eaj. vitul. pag. 10.* Verum si conferamus textus alios parallelos, v. g. *Pſalm.* CXIX, 46. loquor de testimoniis tuis *נגד מלכים,* &c: manet simpli- cissima expositio prima: cui firmandæ, de *Deo- rum scilicet pro magistratu* acceptione, inservient loci *Exod.* XXI, 6. XXII, 9. 28. *Deut.* XIX, 7. *Pſalm.* LXXXII, 1. 6. Imò facit huc, quòd infra vers. 4. expressè regum subjungatur mentio: *celebrabunt te Domine omnes reges terra,* postquam nempe lau- des meas à me Tibi dicatus, vers. 1. cognoverunt penitus. Ita & *Belga.* De spe prædicandi no-

A *men Dei aliquando inter angelos in cælò,* *Vic- cars. f. 380.* NB. Quatuor classes constitui pos- sunt interpretationem modò recensitarum, (1) coram angelis, idque vel in ecclesiâ militante vel triumphante: (2) coram idolis seu *Diis* fi- ctitiis, (3) coram arcâ, (4) coram magistratibus. Quæ locum habeant, facile itidem colliget cor- datus lector.

שמר psallam tibi:) corde scilicet hilari, lin- guâ instrumentisque musicis sonoris, tuas decan- tando laudes, ita ut quibusvis innotescat, quoad fieri poterit, svavisime efficacissimeque nominis tui honor ac veneratio. vide *Pſal.* CI, 1. tibi *Domine psallam,* CVIII, 2. *psallam,* etiam gloria mea: vers. 4. *שמר* in populis, *Domine,* *שמר* in nati- onibus. *Aben-Efra* distinguit hoc à præcedente h. m. *psallam tibi* *בגלוי* in propatulò, *שמר* *confitebor tibi,* totò corde *בנעל* in absconditò. verum id aliis locis aptari haut poterit.

EXPLICATIO VERSUS II.

אשתחוה incurvabome:) pronò scilicet in terram corpore, qui mos aliàs Orientalium esse solet, ut honoraturi aliquem facie terram penè contingant, seque ab honorato illo è pulvere quasi erigi aut excitari petant, quandoquidem indignos se tanti viri conspectu opinentur. Ita namque *שחור* In *Kal* non nisi semel legitur *Jes.* LI, 23. *שחור* incurva te & transibimus: in *bib- paël* verò usurpatur de reverentiâ subjectissimâ, tum civili, v. g. *Esth.* III, 5. *Genes.* XXXVII, 9. 10. &c. tum sacra vel ecclesiasticâ, ut *Pſalm.* V, 8. ego in multitudine gratiæ tuæ introibo domum tuam, *אשתחוה* ad templum sanctitatis tuæ in timore tuo: *Deut.* XXVI, 10. XXX, 17. *Pſal.* XXIX, 2. &c. Et quidem è *Kimchi l. rad.* quatuor observata sunt vocabula, totidem venerationis species expri- mentia; quippe *השתחוה* est corporis totius prostratio, *קדר* verticis inclinatio, *קרע* demissio capitis cum superiore corpore, *ברך* genuum in- flexio. De quâ ipsâ *השתחוה* observat *Joseph Albo l. 2. fid. Jud. c. 28.* eandem fieri corporis toti- us prostratione, esseque unum è quatuor generi- bus cultuum, quod nec angelis deferre licet &c. *Majmon. tom. 1. Jad. tr. תפלה c. 5.* octo in precibus observanda recensens, ut sunt statio, & quidem è regione sanctuarii, compositio corporis, compo- sitio vestimentorum, (observatio) loci, vocis, in- curvatio, tandem addit etiam *השתחוה* *prostratio- nem,* quam ipsam §. 13. sic describit: *postquam eleva- vit (orans) caput suum ab מכריעה incurvatione quin- tâ, ישב* *desidet in terram, prociditque super faciem suam terram versus,* & *orat omnes orationes suas, quasunque voluerit.* *השתחוה* est extensio manuum pedumque *utque dum prostratus quis deprehendatur super facie sua terram versus* §. 14. *prohibitum est facere השתחוה su- per lapidibus, præterquam in sanctuario.* Nemo homi- num estimatur *ישא* facultatem habens procidendi in faciem suam, nisi apud semetipsum sciverit, se aequè justum esse atque *Josiam:* ideoque tantum inclinât (מטה) faci- em suam parumper, nec eandem pavimento prorsus im- pingit, &c. De variis adorantium ritibus con- suli, si opus sit, poterit *Fernandes didasc. mult. c. 3.* *Vosius l. 2. idol. p. 316.* *Saubert. disquis. acad. p. 110. seqq.* *Danhauerus a. 1. dram pag. 39. & 192.* De *Sinensium* moribus, eandem quoque capitis ac corporum inclinationem referentibus, lege *Neu- hofii legat. Sincns. c. 4. pag. 269. 270.*

אל היכל